



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De immortalitate corporis. D. E. F

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**



*Quaestio Augustini quomodo immortalis factus sit homo.*

D

De hac vero hominis immortalitate, qualis fuerit Augustin. super Gen. quaestionem mouens, sic ait: Quæritur quomodo immortalis factus sit homo præ aliis animantibus: & quomodo cum illis cõmunem acceperit alimoniam? Sed alia est immortalitas carnis quam in Adam accepimus: alia quam in resurrectione speramus per Christum. Ille factus est homo immortalis, vt non posset mori, si non peccaret, moreretur autem si peccaret: Filii vero resurrectionis non potuerunt vltra peccare, nec mori. Caro nostra non tunc egebit refectioe ciborum: quia nulla poterit esse defectio. Caro Adæ ante peccatũ, ita immortalis creata est, vt per alimoniã adiuta esset mortis & doloris expers. Sic ergo immortalis & incorruptibilis cõdita est caro hominis, vt suã immortalitatẽ & incorruptionẽ per obseruatiam mandatorũ Dei custodiret. In quib. mādatis hoc cõtinebatur, vt de illis lignis cõseffis māducaret, & ab interdico abstineret. Per horũ eduliũ immortalitatis dona cõseruaret, donec corporalib. incremētis perduct⁹ ad ætatem, quẽ cõditori placeret, multiplicata progenie ipso iubẽte sumeret de ligno vitę, q̄ perfectẽ immortalis fact⁹, cibi alimētũ vltius nõ requireret.

*Summatim superiorum verborum sententiam*

*perstringit.*

E

Ecce his verbis videtur Augustin. tradere, quod caro primi hominis immortalitatẽ in se habuerit: quæ per alimoniam ciborum cõseruaretur vsq; ad tempus suæ translationis in melius, quando de ligno vitæ comederet, & fieret omnino immortalis, ita vt non posset mori.

\* \* \*

Aa 4

Quod

*Ex Aug. e.  
21. in pr. de  
Gen. ad li.  
teram lib. 5.*

*Glo. ord. ad  
illud Gen.  
1. Faciamus  
hominẽ ad.*

*Ibid glo. ord.  
paulo infe-  
rius.*

*Ibid. in glo.  
paulo infe-  
rius.*



Quod ex prædictis consequi videtur, hominem de natura sua conditione quodammodo fuisse immortalem: sed non omnino fieret immortalis, nisi participato ligno vite.

*Aug. de Geneſi ad literam lib. 8. ca. 3. ad finem.*

Ideo aliqui dicunt quod immortalitatem de natura habebat, quia poterat non mori: quæ aliorum lignorum esu poterat conſervari, sed non poterat conſumari niſi per aſſumptionem ligni vite. Quod videtur Aug. ſentire ſuper Gen. dicens. Hoc quoque addo, talem cibum illam arborem præſtitiffe, quæ corp<sup>9</sup> hominis ſtabili ſanitate firmaretur: non ſicut ex alio cibo, ſed inſpiratione ſalubritatis occulta. Hic innuere videtur, quod cum aliis cibus corpus poſſet ſuſtentari, hoc cibo indeficienti ſanitate firmaretur. Ex quo conſequi videtur, quod ſicut in natura ſua habuit mortalitatem quandam, ſc. aptitudinem mori edendi: ita aliquam immortalitatem in natura ſua habuit, id eſt, aptitudinem qua poterat non mori, cibus adiutus: ſed ſi perſiſtiſſet, immortalitatis perfectio eſſet ei de ligno vite. Sed qui hoc tradunt, quomodo ſuperiora Aug. verba quibus dicit, quod erat immortalis ex ligno vite, huic ſententiæ non contradicant, diligenter inquirent.

DE MODO PROCREATIONIS FILIORUM ſi non peccaſſent primi parentes, & quales naſcerentur filii.

DISTINCT. XX.

*De humaniſ duratione & conſervatione quantum ad filiorum procreationem.*

POſt hæc videndum eſt, qualiter primi parentes ſi non peccaſſent filios procreaſſent, & quales ipſi filii naſcerentur. Quidam putant ad gignendos filios primos homines in paradypo miſceri non potuiſſe, niſi poſt peccatum: dicentes concubitum ſine corruptione vel macula non poſſe fieri. Sed ante peccatum nec corruptio, nec macula in homine eſſe poterat: quonia ex peccato hæc conſequeuta ſunt. Ad quod dicendum eſt, quod ſi non peccaſſent primi